tudo animoꝝ. ideo ſubdit. Cum interim id ē ꝑter iſta
im ꝓuida cōcitate et ſediciose multitudīs temeritas ꝓ
imprudentia. i. inſipiētia & audacia. quib₃ duob₃ ſimꝉ
iūctis nihil ꝑiculoſi9: quia nihil timet audax īſipiēs: &
aduerſus conſulatū carcerē frangēdo: & cenſurā quia
cenſorem lapidare conando tetēdit: & principes ſuos
omni peculātie id eſt imꝓbitatis & impudētie ac inue
recundie genere vexauit.

Veſana hec &c̄ Eiuſdem populi ſeditionē aliam
ponit dicēs. Hec ſeditio que dicta eſt tātūmō fatua &
veſana. ſed iſta que ſequiť eſt cruenta. i. ſaguine made
facta. & ſubdit eam. enim id eſt quia populus muniū
virum vtiq₃ bonū ſaturnini competitorē id eſt cum eo
ſimul tribunatū petentem: iam nouē creatis tribunis
& vno tantū loco: duob₃ cādidatis in campo exiſtētib₃
vic₃ ſaturnino & numio reſtāte prius vi. i. per violētiā
ipm numiū ī edes id eſt domos priuatas cōpulit ire &
campū dimittere. deinde. i. poſtea a domib₃ extractū
intemit: vt cede atq₃ morte integerrimi viri ſiue ciuis
teterrimo ciui facultas adipiſcēde poteſtatis daretur.
qa vnus tantūmodo erat locus. & duo reſtabāt candi
dati. vt ergo ſaturninus ſubintraret: ſuū competitorē
populus interfecit.

Creditorum &c̄ Creditores id eſt qui recipiūt
a ſuis debitorib₃ debita conť ſempronii aſelliōis ꝑtoris
vrbani caput intantū fuerūt ſediciosi & violēti vt eoꝝ
conſternatio id eſt mētis affectio ītollerabili modo ex
arſit. & in irā accenſa fuit ꝙ ſemꝑ ꝓmium. quia cauſam
debitorū ſuſcepat defendere. pro ede id eſt tēplo con
cordie ſacrificiū facientem. quia ideo ſacriſſicabat. vt
concordiā cum creditorib₃ poſſet habē. cōcitati a lucio
caſſio plebis tribuno ab ipis altaribus fugē extra forū
coactū: & in ſua tabernacula latitantē pretexatū id ē
ꝑtexta indutū diſcerpſerunt id eſt laceratum veſtibus
diſtrinxerūt. In quo facto deteſtāda eſt fori conditio.
Nota ꝙ forum habet multas ſignificationes. Nā diciť

SLUB Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski